



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Etiam de Gallia sollicitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

consolans mœrentes, recreans fatigatos, incitans lentos, omni deniq; boni Reſtoris, Ducis, Patris-que fungens officio. Ad hos porrò labores tam graues, tamque multiplices quis non miretur vni homini vel tempus ſuffeciſſe, vel vires? Sed nimirum adest piè laborantibus vigor, ac robur è cœlo: & gnauiſ hominibus industria mirè producit horas. Sub id tempus inualuere plurimum in Gallia Hugonotti, Hæreticiq; Calviniani: nec occasionem Lutherani prætermiſere. Seditioſum ſparſere ſcriptum, quo Regi Galliæ ſua probare fabuloſa inuenta conabantur. Effecit Caniſius, vt ſanum doctumque contra ſcriptum, haud dubiè conditum ab ipſo, prodiret, quo apud eundem Regem eximium ſuum Catholici religionis tuendæ ſtudium declararent. Refloſcente autem religione in vrbe Auguſta, reuiuifcere ſimul cœpta, ac reuireſcere, quæ penitùs videbatur emarcuiſſe Virginitas. Multæ puellæ quanquam & generis nobilitate, & diuitiarum amplitudine ad blandimenta ſeculi pellicerentur, nuptiis tamen mortalibus præoptauere integerrimos, æterni Sponſi complexus.

Ergo tali ſucceſſu gratulabantur ſibi priſcorum

*Etiã de Oab-  
la ſollicitum.*

*Excitatur Au-  
guſta Virgini-  
tas.*